

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 12. De iis quæ requiruntur vt ad beneficia Ecclesiastica obtinenda  
dignus quis censeatur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

# REGINA PRÆST

et, quod illa imponatur ius, qui hostiliter persequuntur Cardinales: & haec determinat ius, qui Episcopum percutiunt, ut mittunt in exilium. Tertium est, quod ex septem generibus participantium, de quibus illam imponi dictum est; unum sit, semper receptorum; quibus haec non est imposta. In isto impedimento dispensat solus Papa.

Tertium eiusdem generis impedimentum est, à Summo Pontifice impetrare beneficium adhuc viuentis, tanquam iam mortui. Id enim faciens redditum inhabilis ad tale beneficium, etiam post mortem illud possidentis ex regula Cancelleriæ Apostolicæ de impetrantibus beneficia viuentium. Ad quam regulam Ludovicus Gomez quæst. 3. docet id procedere etiam per ignorantiam contingit. Quod intelligit cum exceptione, nisi ea sit aperte inculpabilis; quæ vice culpa, sic pena caret. In hoc autem impedimento solus Papa dispensat.

Quartum est simonia: qui enim acquirit beneficium per simoniam ficiibilis ad illud sic acquisitum: etiam si ipso quidem ignorante, sed tamen ipsius nomine commissa sit simonia, ex cap. Quicumque 1. quæst. quinta: de qua ratiō egiūs in pra. ced. lib. 23. cap. 12. sc. 3. Ad alia autem beneficia, quæ non acceptit per simoniam, ficiibilis non est quidem iure antiquo, est tamen iure novo hoc nomine: quod per quasdam constitutiones Pij quarti & Pij quinti confidenciali simonia officia ad omnē beneficium inhabilem, prout videri potest apud Nauar. in Enchir. cap. 23. num. 110. vbi Pij quinti tamē constitutionem refert, & declarat. Vide à nobis traxta in eodem libro 23. cap. 11. quæst. 4. diuisione 3. De dispensatione vero in hoc impedimento iam ex professō egiūs in citata sect. 3. n. 186.

Postremum impedimentum est status personæ, quo seculares ad regularia beneficia sunt inhabiles, ex cap. Possessiones, De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, ex cap. Inter quatuor, De religiosis domib; ex cap. Cum de beneficio, De praebendis in 6. ex Clement. Ne in agro, §. Ceterum, verbi Sane Prioratus, De statu monachorum: & ex Concilio Trident. sc. 14. cap. 10. De reformatione: & sc. 15. cap. 21. De regularibus. Solus autem Papa potest in hoc dispensare, nisi quod ex cit. cap. Inter quatuor: deficientibus regularibus Episcopus possit beneficiis ipsorum cōmittere Clericis secularibus, ut ibidem notat glossa: quia necessitas legem non habet.

Quo præterea impedimento. Regulares vice versa, inhabiles sunt ad beneficia secularia: arguento cap. Placuit, 16. quæst. 1 & cap. Cum de beneficio, atque cap. Beneficium, De regularibus, in 6. Itaque in ea re genti dispensatione, quam Iolus Papa dicit potest in duobus casibus alter est, cum beneficium fuscrit simplex, id est, sine animarum cura: nam ob hanc tantum regulis admittitur ad beneficium seculare, ex cap. Quod Dei timorem, De statu monachorum. Alter est, quando beneficium est quidem curatum, sed Religiosus ad illud promouendus debet transferri de una religione in aliam. Quod quia prohibetur iure communī in Concil. Trident. sc. 14. cap. 12. in fine, fieri nequit licite absque Papa dispensatione. In aliis casibus vero, Superioris Religiosorum dispensant, saltem accidente consensu Episcopi. Si que ratione suscepti oneris debeat Religiosus suum monasterium deserere in totū, debet licentiam ad id obtinere à Papa, vel ab ipsius Legato à latere, iuxta cap. Si Abbatem, De electione in sexto. Vici potest de his Sylvestri in verbo Religio 7. quæst. 6. & tribus sequentibus.

Aduh per istud ipsum impedimentum. Regularis profilius vnius religionis, incapax est beneficiorum regularium alterius religionis distinctione, ex citata Clement. 1. & ex cap. Cum singula, §. Prohibemus, De praebendis, in 6. & ex Concil. Trident. cap. 10. & 11. supra citatis. In coequo opus est Papæ dispensatione per textū expressum in eod. §. Prohibemus.

Ad idem quoque impedimentum referri potest quod beneficia iuri patratus conferri tantum possint secundum institutionem, & foundationem illius a quo constituta sunt: ita ut soli habentibus conditiones quas is determinauerit, conferri debeant: ceterique sint talium incapaces; vt si quis fundauit, & dotauit beneficium confendendum suis consanguineis, ille non est eius capax, qui non est de talia familia, vel sanguine; quia liberum fuit fundanti, bona sua dare Ecclesiæ

cum tali conditione, & onere: siue Ecclesia ipsa condicionem approbavit, sicut meritopote, vt fideles induciantur ad similes foundationes, ea tenet. Quod si omnes de una familia sint indigni tali beneficio, nulli eorum est conferendum: quia contraius naturale & diuinum est, beneficium Ecclesiasticum indigno conferri. Igitur vel obtinenda est à Papa dispensatio, vt Clerico alterius familie detur, vel ab Episcopo, ad tempus commandandum est Clerico alterius familie. Si autem sint quidem digni de eadem familia: sed alij alterius familiae sint digniores, non debent hi illis præferri: quoniam satis est, Clericum eiusdem familie esse dignum ut ius habeat, ad illud, quod fundator sibi iuste reseruauit. Alij vero quantumcumque digniores, nullum ius habent ad tali beneficium, existente aliquo digne in familia, cui est affitum.

Referri quoque potest ad propositum impedimentum: quod, vt meminit Nauar. in lib. 1. Consiliorum rit. De constitutionibus Consil. 5. num. 1. in Hispania non siant beneficiarij nisi Hispani, & in Gallia nisi Galli. Cuius statuti Rebus in præifixis rit. 3. partit. Dierescriptis mixtis, num. 7. rationes has habet, tum ne exteris secreta regni reverent, tum quod illi propter idioma diuersum non valeant populum sibi communis docere: tum demum quia nihil ipsi neque ipsorum parentes in Ecclesiæ fundandis dederunt. Additum quod naturalis magis ametur, & colatur a suis quam alienus, ut insinuat in cap. Bona 2. sub finem, De posulacione Prælatorum: atque beneficij emolumenta potius illi, quam externo videantur deferenda, iuxta cap. Nullus inuitis, distinctione 6. ob quas causas Summus Pontifex talis istuto facile acquiescit.

Ceteræ quoque referuntur inhabilitates non sunt vere tales, & quo acquisitionem faciant inabilitatem, sed totum quæ eam reddant vitios. m: vt v. g. accipere beneficium malā intentione: puta ob redditus præcipue, vel animo non perseverandi in statu Clericali, vel perseverandi in peccato publico: quo intentiones peccata sunt quidem graui, non faciunt tamen inabilitatem, & irritant beneficij adoptionem. Quod idem iudicandum est, cum quis beneficium acquisit per hypocrisim, seu simulatam sanctitatem, aut etiam paupertatem. Nam etsi peccat, non tenetur tamen relinquere beneficium si accipit: dummodo alijs capax sit, & aptus ad praestandum officium, propter quod illud datur. Neque refert quod sit indignus officio propter quod beneficium datur, nam indignus est tantum quoad se, seu quia non potest officium absque peccato exercere, donec se correxterit: non autem quoad populum: quoniam id ipsum officium, quod ille in peccato exercet, est verum officium, dignum cui annexum sit beneficium: non quidem ex dignitate ministerantis, sed ministerij, quod exhibetur populo.

Similiter violator interdicti etiam non possit eligi, & postulari ad beneficium, ex cap. Is qui, De senten. excommunic. in 6. non est tamen inhabilis eo nomine: cum sint alij modi obtinendi beneficium: vt per collationem. Alio tamē nomine censemur inhabilis: nempe quia est irregularis, ex eod. cap. 8. ex sequent. cap. Is cui. Similiter cum quis eligitur per abusus secularis potestatis, aut est peririus, vel sacrilegus, vel falsarius, peccatur quidem conferendo ei beneficium; non ideo tamen est ad illud inhabilis, nisi inde effectus sit infamis. Quod addo propter regulam penultimam De regulis iuris in 6. Infamibus portæ non patent dignatum.

## CAPUT XII.

*De iis quæ requiruntur ut ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, dignus quis censemur.*

### SUMMARIUM.

162. *Ad dignitatem, & habitudinem referuntur quæ necessaria sunt aliquo, vel etiam in beneficij capax.*

163. *Maturitas, & sit ne infamia: quodque ad Episcopatum, & Cardinalatum requiratur annus trigesimus.*

164. *Quod ad cetera beneficia, quæ annexam habent curam requiratur annus 25. incepitus.*

- 165 Eccl. 22. annorum requisita ad dignitates Ecclesia Cathedratis, non habentes annexam curam animarum: & ad regularia beneficia.  
 166 In Abbatisa, & Priorissa requiritur annus 40. & quotum requirant secularia beneficia simplicia.  
 167 Defectus qualitatibus debitarum reddens acquisitionem beneficij invalidam.  
 168 Dispensatio in defectu etatis.  
 169 Sufficientia requisita ad beneficiorum acquisitionem.  
 170 Maior, vel minor requiritur, pro varia qualitate beneficiorum.  
 171 Scientia requisita respectu Ordinis annexa beneficio.  
 172 Defectus scientie quatenus beneficij collationem reddit in invalidam.  
 173 Eminens scientia non est necessaria ad validitatem collationis beneficij, est autem omnino necessaria sanitas mentis.  
 174 Quando mortali peccato contaminatus pccet mortaliter alicuius beneficium, & collatio eius facta, sit invalida.  
 175 Quando pccet quidem mortaliter, sed collatio non sit invalida.  
 176 Quando ne pccet quidem.  
 177 Dispensatio ad beneficium cum indigno, improbando: & quatenus per accidens possit nihilominus fieri interdum etiam ad Episcopo.  
 178 Requisita ut fieri possit, quoad officium beneficio adiungit.  
 179 A Confessario nota ad eo qui beneficium accepit, cuius incapax fuit.

**M**VLTA quidem sunt necessaria, ut quis censeatur capax beneficij Ecclesiastici: sed ad duo revocantur (quod Concil. Trident. lss. 7. cap. 3. attigit) nempe ad dignitatem, & ad habilitatem. Inter quas differt, quod dignitas respicit spirituale officium propter quod beneficium datur: indignus enim est beneficij, qui ipsius officium exercere non potest. Inhabitabilis vero respicit prenam Ecclesiasticam. Nam ille inhabilis est, qui Ecclesiastica lege a beneficio (aliqui eo dignus) arceretur propter aliquid impedimentum. Ex qua differentia sequitur alias quod inhabitabilis tantum sit de iure canonico: ideoque Papa cum omni inhabitibili dispensare possit: valeatque talis dispensatio etiam data sine causa, propter authoritatem, quam idemmet Papa haberet super omnem Ius Ecclesiasticum. Dignitas vero (*cum ratio naturalis dicit non esse indigno committendū officium*) sit de iure naturali, in quo Papa dispensare non potest, nam (prout paulo post exponetur) ex accidenti. Ceterum quia habilitas de qua hic sermo est, consistit in carentia impedimenti Canonici, nihil ad ea quae in praecedenti cap. dicta sunt occurrit de illa addendum. Si enim ille habilis est ad beneficium Ecclesiasticum, qui caret Canonico impedimento: sufficit nosse quae quaque sint Canonicae impedimenta, ut plene cognoscatur quis sit ad beneficium Ecclesiastica habilis vel inhabitabilis.

Quod autem ad dignitatem attinet, ea ex Concil. Lateranensi sub Alexandro tertio (*& referuntur, De electione, cap. Cum in cunctis*) & ex alio Concil. Lateranensi sub Leone decimo lss. 9. & ex Concil. Trident. lss. 7. cap. 1. De reform. & lss. 24. cap. 12. tria continet: numerum maturitatem etatis, scientiam literarum, & probitatem morum: quorum primum requiritur, ut quis possit facere officium: secundum vero, ut sciat facere: & tertium, ut velit facere: de quibus sigillatim dicendum est.

### De maturitate etatis.

#### SECTIO I.

**N**otandum est, iure naturali ad beneficium requiri etat, quae est necessaria ad exercendum officium proper quod illud datur. Dictamen enim est recta rationis, quod in cap. 3. De etatis, & qualitate habetur. Indecorum esse, ut hi debeat Ecclesias regere, qui non noverint gubernare seipso: cum ad Ecclesiarum regimendos tales personae sint admittendae, quae discretione preminant, & morum praeligent honestate: Iure autem Ecclesiastico, facta esse eiusdem etatis determinationem in singulari beneficiis, hoc modo.

Primo ad Episcopatum requiritur annus trigesimus completus, ex cap. Cum in cunctis, De electione: aliterque

facta electio, in palida est, iuxta cap. Cum nobis, eod. tir. Requiritur similiter ad Cardinalatum, iuxta Concil. Trident. lss. 24. cap. primo De reform. vbi & prescribit in Cardinalium creatione exigenda esse eadem, quae de Episcopis praeficiendis iure statuta sunt quoad vitam, etate, & mores. Verum totum id pendet ex voluntate Papae, qui omnes iuris Ecclesiastici defectus potest supplere.

Secundo ad Abbatiam, Decanatum, Archidiaconatum, & aliud beneficium quocumque annexam habens animarum curam, requiritur 25 annus inceptus, ex eod. cap. Cu in cunctis, §. Inferiora: & ex Concil. Trident. lss. 24. cap. 12. De reform. Vbi adiuerte, in numero beneficiorum habentium annexam animarum curam, poni ultra Parochiale. Tunc, iuxta cap. Dudum 2. De electione. Canonicatum qui est cum iurisdictione in foro externo, ad excommunicandum, visitandum, & cetera facienda, de quibus in eodem cap. §. Licet, & in Extraug. communii, Execrabilis. De praebendis, §. finali: quantumcumque non sit cum parochiali animarum cura. Tunc etiam Canonicatum, qui est cum tali cura, & canonicus debet Ecclesiam parochalem gubernare per se, aut per Vicarium temporalem, ex eodem §. finali: non vero, si tali Ecclesiæ Vicarius perpetuus iuxta cap. Extirpanda, De praebendis, sit attributus: quia tunc Canonicatus, cui illa annexa est, non censemur esse cum animarum cura, ex eodem adhuc §. finali.

Aduerte præterea, sicut in Parocho, ita & in Vicario perpetuo parochialis Ecclesiæ, requiri annum 25. inceptum, ex Clementinâ vnica, De officio Vicarij. Itéque in coadiatore, seu administratore Ecclesiæ parochialis, ex superiori citato §. Inferiora. Et ratio est, quod eterque exerceat Parochii officium. Aduerte demum ex Concil. Trident. lss. 24. cap. 8. De reform. in Penitentiario, qui instituendus est in Cathedrali Ecclesiæ, requiri annum quadragesimum.

Tertio, ad personatus, aut dignitates Cathedralis Ecclesiæ, non habentes annexam animarum cura, sufficit annus 22. completus, iuxta illud quod in prius citato cap. 21. Concilium Tridentinum prohibet, ne ad talia beneficia adscilcantur minores viginti duabus annis.

Quarto, ad prioratum conuentualē monachorum requiritur annus 25. inchoatus ex Clē prima, De statu monachorum, §. Ceterum. Vbi additur ad Prioratum non conuentuale habentem annexam animarum curam, quae per secularium exercetur, requiri annum 20. absolutū. Quod si Prior illam per se exercere debeat, in eo requiritur 25. annus inceptus, iuxta cap. Licet Canō. De elect. in 6. Atque quod de Priore conuentuali dicitur, pari ratione dicendum est de Guardiano, & eiusmodi alijs Praepositis familiarium Religiosarum.

Quinto, ad Regularia beneficia, quae non habent annexam animarum cura, requiritur 16. annus completus. Nam esse beneficium non nisi professio conferri potest, ex cap. Nullus, De electione in 6. & ex citato §. Ceterū, verū, Sane Prioratus. Nunc autem ante 16. annum completum profissio fieri non potest, ex Concilio Tridentino lss. 25. cap. 15. De regularibus.

Sexto, ex eodem Concilio in precedenti cap. septimo, Abbatisa, & Priorissa, ac quaevis praefecta seminarii, nō debet minor esse 40. annis: & quae post professionem expressam, octo annis laudabiliter vixerit, aut minimum, si sua idonea commode haber non possit, quae trigeminum annum excellerit, ac quinque saltem annis post professionem in religione laudabiliter vixerit.

Septimo, ad beneficium secularis simplex, id est, nec cum animarum cura, nec iurisdictione in foro externo, nec eminentiam in choro habens, si ordo sit ei annexus, atas eiusdem Ordinis requiritur, vel saltem illa, in qua beneficiarius possit ad eam ordinem intra annum promoueri, iuxta post dicenda. Vnde si beneficium sit praebenda Sacerdotalis, ad ipsum requiritur 25. annus inceptus; si Diaconalis, 23. inceptus, si Subdiaconalis, 22. inceptus, iuxta Concil. Trident. lss. 23. cap. 12. De reform. Et ita cum ex eodem Concilio in sequenti lss. 24. cap. 12. De reform. ad Canonicatus, & portiones Ecclesiæ Cathedralis requiratur, vt annexam habentiam aliquem ordinum sacrum, requiri, quoque atas saltem anni 22. incepti.

Postremo, ad quocumque beneficium Ecclesiasticum requiritur 14 annus incepitus, alioqui collatio est inutilis, prout aperte indicant verba illa Conc. Trident. in less. 23. cap. 6. Nullus prima tonsura iniciatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, ante 14 annum beneficium possit obtinere.

167. Hic aduerte primo non tantum defectum illius aetatis: sed etiam alterius cuiuscumque requisiti ad beneficium, reddere collationem eius nullam, ex Sylvestro in verbo, *Electio* 1. num. 16. & ex Armillain eodem verbo, num. 24. Confirmatur vero ex eo, quod secundum Concil. Trident. less. 25. cap. 5. De reform. prouisio beneficiorum facta sine eorum qualitatibus vel ordinibus, surreptitia censeatur. Aetas autem est talis qualitas, sicut sunt & alia que ad beneficium requiruntur: sive ex iuris constitutione, sive ex fundatione, vtv. g. leto & sacra Scriptura, quae interdum est annexa beneficio: item facer ordo, qui potest annexus esse etiam beneficio simplicie; vt quando fundatur capella, que non possit conferri nisi Sacerdoti: itemque gradus: nonnunquam enim beneficium exigit, vt qui illud accipit sit doctor, vellientarius in Theologia, aut in iure Canonico, ex Concil. Trident. less. 24. De reform. cap. 12.

De quibus qualitatibus aduerte secundo, iure quidem naturali sufficere, vt si qui accipit beneficium iam habeat qualitates, quas id ipsum requirit, vel speretur suo tempore habiturus: iure tamen Ecclesiastico constitutum esse, vt collatio beneficij non sit valida, nisi ille qui ipsum accipit, habeat eisdem qualitatibus necessarias: vel si ordine aliquis requiratur, peruenienter ad aetatem in qua possit intra annum ad illum promoveri. Vnde qui alterius, id est, sine qualitatibus, requisitis accipit, tenetur aut nouam collationem obtainere, aut beneficium dimittere, & fructus perceptos, si extent, restituere: consumptos vero bona fide tenetur restituere quoad id, quo factus est ditior: & consumptis mala fide restituere in integrum, deductis nec fissari expensis in iis iphis fructibus colligendis, & conservandis, iuxta communem doctrinam de restitutione. Legendum est Concil. Trident. less. 5. cap. 3. less. 22. cap. 4. less. 25. cap. 5.

Ceterum indignum beneficio ob aetatis defectum, solum Papa capacem illius facere potest: tum dispensando in iure Ecclesiastico, tum interpretando ius naturale: cui talis defectus non ita repugnat, quin possit ob aliquem finem iustificari, & ob illum auctoritate Papae relaxari, sicut relaxantur votum, & iuramentum. Et ita quamvis recte ratione adueretur puerum seu adolescentulum Cardinalem creari, cum Cardinales eligantur, vt sint Papae Consiliorum in grauissimis totius Ecclesia negotiis, adeoque vi Papaz am ipsum Sede vacante elegant, & communi Ecclesiæ bono prospiciant, illudque promoveant: Nihilominus tamen contingit nonnunquam adolescentulos ad Cardinalatum promoueri iusta aliqua de causa: vt ob generis splendorem, nobilitatem, prærogativam, eminentiam, vt quando sunt filii, aut nepotes Principum, aut ipsius Papæ consanguinei.

#### *De scientia literarum.*

#### *S E C T I O . II.*

168. De hac tecunda sunt aliquot documenta. Primum est: collatiolum beneficij non valere, quando sit ciuius est omnino illiteratus, ex cap. 1. & 2. distinct. 36. & cap. 1. & 3. distinct. 55. & cap. finali. De rectate, & qualitate. Quis autem sit censensus omnino illiteratus, cum de beneficij acquisitione agitur: constat ex eo, quod traditum ab Innocentio ad cap. Cum in cunctis, De electione, & ab aliis Canonis suis communiter receptum, meminit Nauar. ad cap. Si quid de re scriptis exceptione 14. nèpe de scientia sufficiens ad beneficium, qua qui careat tanquam illiteratus, censeatur illo indignus, iudicandum esse attentare dignitate, loco, & ordine, id est, habito respectu ad eminentiam ipsius beneficij, & ad locum in quo ipsum est, & ad ordinem, quem officium pro quo id ipsum beneficium datur, requirit.

In quo iudicio attendendum est, quid sit iure Canonico statutum de tali re. Nam quod Nauar. ait reliquam esse iudicis arbitrio ita verum est, vt quod Ecclesia definierit, recteriori oporteat. Quid autem illud sit, duobus sequentibus

documentis declaratur: uno quidem generaliter, & alterius particulariter.

170. Secundum igitur documentum est: quod maior scientia requiratur ad beneficium curatum, quam ad simplex; cum illud de iure adiunctum habeat officium non solum sacramenta, sed etiam proponendi populo verbum Dei, & audiendi confessiones, ex Clement. 2. §. Verum. De sepulturis. Vnde cum ad beneficium simplex sufficiat scientia eorum, quæ spectant ad officium et adiunctum rite exequendum, sit ut nonnunquam sufficere possit scientia Latine, qua legens valeat lecta construire, iuxta Nauar. in Miscellaneo 43. De oratione. num. 3. per glossam ad Clement. 1. De concess. præbenda: verbo Reputamus: vt cum ipsum beneficium non requirat aliud seruitum, quam recitationis breuiarij, quale est praefimonium positum in usu apud Hispanos. Fit etiam, vt ad beneficium curatum requiratur scientia sufficientis. Tum ad docendum populum: quæ traditur in Catechismo ad Parochos edito Concilij Trident. iussu. Labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, Malachias 2. ] Cumque sit pastor, prout dicitur in cap. si in plebis. distinct. 63. debet oibus præbere vitæ pabulum. Tum etiam ad distingendum inter peccatum, & non peccatum, pro officio idonei Confessarij, ex cap. Omnis virtus que lexus, De penitentia, & remissionibus. Ad quod instratum ipsum reddere ad Dei gloriam, & proximorum salutem, scopus noster est in hoc opere.

Fitrurus ut ad Episcopatum major scientia requiratur, quam ad alia beneficia curata: quia Episcopo non tantum commititur animarum cura, sed etiam personarum, & rerum Ecclesiasticarum, ex cap. De persona, vndecima, quæst. 1. ex cap. Nisi cum pridem De renunciatione: ita ut necessaria sit illi tam sacrum literarum, quam sacrorum Canonum scientia: qua iuxta cap. Omnes psallentes, distinct. 38. non perfundere, sed perseruabiliter possit exercitare, & regere populum sibi commissum: paratus semper in satisfactionem omni poscenti ipsum rationem, de ea quæ in nobis est spe, ex prima Petri cap 3 Atque totius huini diversitatis rationem bonam ex D. Thoma habet Tabula in re bo. Clericus 2. num. 3. quod habent beneficium simplex, columnando incumbat scire necessaria ad officium eidem beneficio adiunctum debite exequendum: habent vero beneficium curatum, scire legem incumbat: tanquam ei ex cuius ore est, equiringenda. Non tamen scire cum ea perfectione, vt omnis questiones legis faciat: quia debet in illis recursus haberi ad Episcopum: cuius est scire ea quæ in lege difficultatem habere possunt, ac de eis interroganti respondere, & satisfacere, iuxta ante citata ex D. Petro.

171. Tertium documentum est: De scientia ad beneficium requisita respectu ordinis quem habet adiunctum: sic Concilium Trident. statuere in particulari: vt ad primam tonsuram, less. 23. cap. 4. requirat, quod quis rudimenta fidei edocet, sciat legere & scribere: & ad minores ordines in sequent. cap. 11. quæ intelligat saltum linguam Latinam: ad subdiaconatum vero, & diaconatum in cap. 13. vt literis, & is quæ ad tales ordines exercendos pertinent, instructus sit: ad presbyteratum autem in cap. 14. vt idoneus sit ad populum docendum ea, quæ scire est omnibus necessarium ad salutem: & ad sacramenta administrandi. De quo ultimo sic Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 133. Sacerdos quatenus sacramenti minister scire debet cuiusque sacramenti formam, & materiam & modum debitum administrandi. Ad Episcopatum denique in præcedenti less. 22. cap. 2. requirit, vt quis scientia eiusmodi polleat, vt muneri sibi iniungendo possit satisfacere: ideoque vt antea in viñueristi fiduciorum magister, seu doctor aut licentiatus in sacra Theologia, vel in iure canonico, merito sit promotus, aut publico aliquius Academia testimonio idoneus esse ad alios docendos ostendatur.

Occurrit autem duplex dubium: unum, An ut collatio Episcopatus sit vidua, sufficiat, vt scilicet cōfertur, sit doctor, vel licentiatus, vel testimonium habeat de quo Concilium legit: quamvis secundum rei veritatem non sicut habent scientiam doctrinam. Alterum, An si contra statuta Academias

demissæ

demus quidem, non seruatis iis que illa requirunt promoto-  
sus sit ad gradum: sed alsoqui sufficienter literatus sit, rata  
censetur collatio. Ad quorū prius respondendum est:  
quidquid sit de foro externo; in foro conscientie, tam  
teneri sibi comparare scientiam sufficientem ad officium  
suum præstandum; & interea suum defectum per aliquem,  
vel aliquos viros doctos supplere, iuvando se ipsorum ope-  
ra, ministerio, & literis: nam alsoqui erit in statu peccati  
mortalis tanquam iis, qui nescit ea, que ad statu, & officium  
seum, tale ac tantum pertinent; non teneria tem absolute  
simpliceretur. Episcopatum dimittere, dummodo sup-  
pleat defectum: per dicenda in sequenti documento intel-  
ligi potest. Ad posterius vero dubium respondendum est:  
in eo casu censendam ratam collationem: quia talis  
debet condemnari per Iudicem Academie, ut pro-  
motio ipsius esset nulla; quod cum non sit factum, pro-  
motio habenda est rata, & valida: nisi contingat illud,  
de quo *Mor* tomo 2. lib. 6. cap. 6. quæst. prima, videri  
potest.

Quartum documentum est. Quando quis est modica  
literaturæ, sed non sufficientis, collationem quidem benefi-  
cij esse validam, prout ostendit Nauarrus *ad cap. Si quando,*  
*Derecriptis exceptione 15.* sed ipsum obligari eidem beneficio  
renunciare, iuxta cap. Nisi cum pridem, De renunciatione  
§. Pro defectu. Quamquam dantur tres casus, in quibus ce-  
sat talis obligatio. Primus est, cum ardens charitas, & vita  
morumque probitas, potest supplere scientia defectum,  
tunc enim accende dispensatione Ordinarij beneficium  
retineri potest, ex Angelo in verbo *Clericus 2. num. 4. in fine, &*  
*Sylvestro, eodem verbo sub initium.* Alter casus est, cum spes  
datur, quod accipiens beneficium, breui erit illo dignus;  
intereaque studet; ex iisdem auctoribus, & Nauarro in *En-  
cyc. 25. num. 133.* Postremus est, quando etiam si non sit  
spes profectus, ut ob etatem nimis proiectam, nihilominus  
vite honeste esse inuenitur ille qui beneficium curatum  
acepit. Is enim ex Episcopi dispensatione potest ipsum re-  
tinere: dummodo Episcopus ipse constitutus illi coadiuto-  
rem, aut Vicarium, qui officium faciat. Habetur iste casus  
ex Concil. Trid. *sef. 21. De reform. cap. 6.*

Quintum documentum est: Si conueniens, seu sufficiens  
sit literatura, quamvis non sit eminentis, illum qui accipit  
beneficium neque peccare, neque teneri illud resignare:  
quantumvis sit Episcopus ex supra citato §. Pro defectu: &  
ex alii, quæ habet Nauarrus *ad cap. Si quando, Derecriptis,*  
*exceptione 16.* Ceterum si quis longo vsu sibi compararet  
notitiam omnium quæ necessaria sunt ad aliquod benefi-  
cium, absque eo quod literas dicerit, videtur ad illud fal-  
tem cum Ordinarij dispensatione promoueri posse: cum  
vt morum probitas, sic uisus, & experientia possit literaturæ  
defectum supplere.

Postremum documentum est: Id quod de literaturæ ne-  
cessitate ad beneficium, hic dicitur, extendendum esse ad  
sanitatem mentis: nam insanus longe ineptior est, quam illi-  
teratus ad obeundum officium beneficio adiunctum: itaut  
dubium non sit, quin collatio cuiuscunque beneficij ei  
facta, sit inualida.

#### De probitate morum.

#### SECTIO III.

**D**E hac re bene differit Nauarr. in sequenti exceptione 17.  
& in *Miscellaneo 34. De oratione.* Quid vero sit de ea-  
endum explicat sequentibus propositionibus. Prima est:  
Cum quis fuerit contaminatus tali peccato mortali, quod  
ipso iure inducit irregularitatem, vel aliam inhabilitatem  
ad beneficium, vt excommunicationem aut suspensionem;  
ipsum quantumvis peccatum eius sit occultum, non solum  
peccare mortaliter acceptando beneficium, ad quod est in-  
habilis, cum nequerit in eo agi: sed etiam promotionem ipsi-  
ius esse iure ipso nullam, iuxta cap. Si celebrat. De Clerico  
excommunicato, & ea qua de talibus impedimentis dicta  
sunt in praecedenti cap. num. 150. Habet autem hæc propo-  
sitione locum in eo etiam qui de peccato poenitentiam egit:  
quia vt in foro sæculari, sic in Ecclesiastico externo, pena

I statuta à iure, etiam poenitenti de peccato, infligitur in satis-  
factionem debitam reipublicæ.

Secunda propositio est: Infectum peccato mortali, quod  
ob illius continuationem, ve scandalum aliasque qualita-  
tem, quæ coniunctam habet infamia notam, peccare mor-  
taliter acceptando beneficium, nec valere ipsius promotio-  
nem ad illud. Hæc ex eo confirmatur quod talis infamia  
inducat irregularitatem (de qua egimus in cap. 15. preceden-  
tis tractatus) efficientem incepsum ad executionem officij,  
propter quod beneficium datur. Adiuerte obiter posse huic  
renocari illud peccatum, propter quod homo efficitur in-  
cepsum ad officium beneficio annexum, quale censetur illud  
propter quod est quis puniendus exilio, aut perpetuo car-  
cere, aut ad tritemes mittendus.

Tertia propositio est: Infectum peccato mortali quod  
nec inducit inhabilitatem ad beneficia, nec notoriū est,  
& depositione dignum, nec infamia notatum, si de illo per-  
petrato non peniteat, peccare mortaliter acceptando be-  
neficium: promotionem tamen illius esse validam. Cuius  
prior pars probatur: quia in re graui agit contra sacra Scripturae præscriptum, oportet enim Episcopum irreprehensi-  
bilem esse, ex priori ad Timoth. cap. 3. & oportet Episco-  
pum sine crimen esse, ex cap. 1. ad Titum. Agit item contra  
rectam rationem: quia beneficia dantur tanquam militaria  
stipendia, constituta intercessoribus, & legatis populi ad  
Deum, pro impetranda gratia ipsius ac peccatorum venia,  
ut Nauarr. bene declarat in tractatu *De oratione initio cap. 18.*

Ad eam autem intercessionem, & legationem infectus pec-  
cato mortali non est idoneus, iuxta illud quod ex D. Gre-  
gorio habet Gratianus initio distinctionis 49. Cum si qui  
displacet ad intercedendum mititur, irati animus ad dete-  
riora prouocatur. Quare male facit accipiendo beneficium:  
sicutis qui ad militandum idoneus non est, accipiendo mi-  
litare stipendum. Si opponas, inde sequi oportere promo-  
uendum ad beneficium, perinde se ad illud acceptandum  
præparare per poenitentiam, atque ad sacramentum susci-  
piendum, quod non est in vsu positum. Respondetur talem  
non usum censeri posse abusum: cum dubium non sit op-  
tandum esse ac consulendum talem preparationem fieri.  
Posterior pars vero probatur: quia inualiditatis ratio, nulla  
alia reddi potest, quam quod per cap. Cum in cunctis, De  
electione, ad beneficij auctoritate omnino requiratur gra-  
uitas morum. At per huiusmodi peccatum occultum non  
censetur tolli grauitas morum.

Quarta propositio. Eum qui probabiliter ignorat se in  
statu peccati mortalis esse, quia putat se sufficientimodo  
contritionem habuisse, & confessione fecisse de com-  
missis, non peccare admittendo beneficium; illiusque pro-  
motionem valere. Probatur: quia nullus alio qui possit vin-  
quam bona conscientia beneficium admittere; siue nec  
potest sibi certo persuadere, remissi sibi esse peccata sua, se-  
que iustificatum, & in Dei gratia esse, ex Concil. Trident.  
sef. 6. c. 9. iuxta illud Eccl. sicut cap. 9. Nescit homo utrum  
etiam odio dignus sit] & alia quæ habentur Iob c. 9.

Vtima propositio: Infectum peccato mortali, nec indu-  
cente inhabilitatem ipso iure nec notorio, & depositone  
digno: nec infamia notato, quale esse potest crimen aliquod sit  
peribit, aut iniurie, aut infractionis ieiuni, aut alterius similius, si  
illius ideo non poeniteat quod nullo modo recordetur, ne-  
que adiuverat se in tali statu esse: aut non nouit ad acceptan-  
dum beneficium tanta puritate opus esse: poenitentiam fal-  
tem mentalem acturus, si talia nosset, aut adiuveret: non  
videti peccare mortaliter, nec illius promotionem esse in-  
ualidam. Probatur: quia talis ignorancia à peccato saltem  
mortali excusat, tanquam minuens voluntarium, si non tol-  
let omnino ex recepta sententia D. Thom. 1. 2. quæst. 6. art.  
8. & quæst. 7. art. 4. Ob peccatum vero tantum veniale, et  
iam notoriū, non redditur quis indignus beneficio: vt  
nec ob mortale, si per iustum poenitentiam deletum sit;  
nisi fuerit de iis quæ inducunt inhabilitatem aut impediunt  
ordinis executionem. Vtrumque docet Nauarr. in *Mis-  
cellaneo 34. De oratione num. sexto.* Proque priore facit cap.

Vnum orarium, distinc. 25. & pro poste-  
rior cap. finale, De tempo-  
rib. ordin.

M mm 1

175.

176.

Dedicatione in beneficio cum indigo.

SECTIO VLTIMA.

**V**sum talis dispensationis improbadum esse, non obscure Concilium Trident. indicavit in sess. 6. cap. 1. sess. 23. cap. item 1. & sess. 24. cap. adhuc 1. sub finem. Et ratio est: quia impedit debitam executionem officij, quod diuina institutione incumbit beneficio: ut v.g. Episcopo, vel Curato; impedit, inquam, in iniuriam tum Dei, cuius cultus negligetur: tum animarum que ideo misere percurunt: tum aliarum personarum, que vellent, & possent tali executioni pro dignitate vacare, & satisfacere. Quamquam id non obstat, quin per accidentem possit aliquando eidem dispensationi effici locus, idque duobus modis. Prior est, quo Papa potest in iis omnibus dispensare, quae iure Ecclesiastico, aut statuto fundatoris addita fuerint ad illa quae sunt requisita iure diuino. Sic quoad etate dispensare potest in numero annorum ab Ecclesia determinato: & quoad alias qualitates potest cum habente illas in spe, dispensare vt non teneat eas representare, antequam accipiat beneficium: vt cum eo qui non habet quidem sufficientem scientiam: spes est tamen, quod breui habiturus sit.

Neque tantum Papa, sed etiam Episcopus potest in tribus casibus dispensare circa numerum annorum. Primus est, quo per cap. vnicū, De etate, & qualitate, in 6. permittitur Episcopo dispensare cum eo qui annum 20. absolvit, vt possit recipere dignitatem, aut personatum cui non subest animarum cura. Quia tamen dispensationem adverte non debere fieri in cathedrali Ecclesia iuxto Concilium Trid. sess. 24. cap. 12. De reform. nisi cum illis qui 21. annum etatis absoluenterunt. Adueritem, quod habetur ex cap. Duodum 2. De electione §. Licit autem de numero dignitatum, quibus subest cura animarum censendas ecclesias, quae talem curam habent tantum in foro exteriori, vt quae sunt cum potestate, excommunicandi, suspendendi, interdicendi, & ab iidem penitentiabili, visitandi, inquirendi, recipiendo procuraciones ratione visitationis: quae in actus sunt iurisdictionis in foro exteriori.

Secundus autem casus est, apud Sylvestrum, Beneficium 3. q. 2. quo Episcopus cum eo qui sunt dispensare potest per Parochiale Ecclesiam recipiat ante 25. annum, dummodo sit illius etatis, vt intra annum fiat subdiaconus: ad quem ordinem ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 12. De reform. requiratur 21. incepitus, debet excessisse annum vigesimum. Et quamvis Armilla in verbo Beneficium, nu. 8t. contrarium significet: id tamen satis probabiliter colligitur ex cap. Cum ex eo, De electione in 2. vbi Episcopo conceditur ut cum tali posse ratione studij ad septennium dispensare, ne per id tempus teneatur officium factum per seipsum. Vnde cum etas ad beneficium non requiratur nisi ob officium: eo ipso quo Episcopo fit potestas dispensandi in officio, quod maior est, con sequenter fit potestas dispensandi in etate, quod est minus. Nam ex regula 35. et ris. in 6. plus, semper in se continet quod est minus, & ex regula 33. eod. lib. Cui licet etod est plus, licet utique quod est minus. Addere Ecclesia utilius est, vt studeat si qui nondum 25. annum attigit, quam senior: quia ille qui junior est, aetatis prior est certe ris paribus.

Tertius casus est, in multis aliis habens locum quo in omnibus in qua potest Papa dispensare cum quibusvis fidelibus, potest quoque Episcopus cum subditis suis, quando utilitas Ecclesia, aut alicui particulari necessitas exigit: nec Summersus iste Pontifex adiungit, vt propter breuitatem temporis, aut aliam difficultatem vel propter laicorum, aliud iustum impedimentum. Quem casum Sylvester notat in verbo, Dispensatio, quest. 9. seu num. 15. casu 2. Pro quo & facit, quod in tali casu si Papa ad eft presentes, teneretur dispensare: quandoquidem tenetur procurare bonum Ecclesia, & fideli salutem consulere: ideoque merito presumitur, quod si rem fecerit, ratus haberet talen: dispensationem ab Episcopo dari.

Posterior modus, quo per accidentem cum indigno dispensari potest, in eo consistit, quod Papam in materia proposita interpretari possit, quae sunt de iure dinovo. Nam cum ius omne

diuinum sit propter Ecclesias utilitatem; ipsum potest, & debet in modo explicari, quo maior inde praedeniat Ecclesias utilitas. Fieri autem potest vt magna aliqua Ecclesias utilitas postulet conferri beneficium non digno: de quo Summi Pontificis est indicare, & statuere. Quoquidem vt recte sit, tria sunt necessario obseruanda. Primum est, vt ille cui beneficium datur, si non re, saltum spe censeatur eo dignus. Nam qui non speratur futurus inquam dignus, nullo modo potest recipere beneficium: cum sit contra omnem rationem, vt committatur ei officium ad quod nunquam potest aptus esse. Secundum est, qui spe tantum dignus est, reuera dignus non est, quod enim speratur nondum est; & plerumque huiusmodi spes fallax est, maxime in pueris, vt Sotus recte monet lib. 3. De iustitia. & iure, quest. 6. art. 2. in fine: propterea oportet, vt tale detrimentum in cumbens Ecclesias, compenseret alia maiori, aut & qualitatis. Tertium est, vt interea dum talis sit idoneus ac dignus, ita prouideatur beneficio, vt officium ei coniunctum exercetur ab alio iam idoneo, ne grex Christi graue aliquod damnum patiatur.

Hic pro institutione Confessorum de eo, qui sine dispensatione accepti beneficium cuius incapax fuit, siue ut inhabilitis, que ut indignus, monendum est primo, quod teneatur penetrare de tali acceptance in iusta. Secundo, quod non possit amplius tale beneficium retinere, nec alteri resignare (quandoquidem resignatio supponit titulum, seu ius recinendi, quod ipse non habet) sed debeat simpliciter illi renunciare in manu collatoris ordinarij, tanquam is, qui non est ingresus per alium, sed ascendit aliunde.

Tertio, quod teneatur restituere omnes fructus iniuste perceptos, prout tradidimus sub finem praecedentis sectiois prima: aut obtainere a Summo Pontifice illorum remissionem. Quarto, quod si beneficium sit curatum, prout etiam quod peccat grauius, quam si beneficium esset simplex, omnes iurisdictionis acius, quos exercet nullius sunt roboris: ita ut non valeat ab eo lata excommunicatione, vel data absolutio siue ab excommunicatione, siue à peccatis: nisi taliter possidens beneficium, confirmatus fuerit a Papa, vel ab Episcopo habente ad id authoritatem. Tunc enim actus omnes iurisdictionis quos exercuerit, valebunt: ideoque vere absoluunt, aliaque faciet, quae iurisdictionis sunt. Faciet autem non vt pastor ordinarius: sed vt extraordinarius, & legatus. Quae doctrina est Rosella in verbo Confessor 3. in fine, & Sylvestri, Confessor, quest. 10.

Postrero, quod ne coloratum quidem titulum habeat is qui beneficii capax non est: & ideo nec possit inquam praescribere, prout docet Rebuffus in ira. De pacifice possessorib. num. 172. quia falso, & ideo nullo, titulo possidet. Neque suffragatur ei ignorantia ex eod. authore in sequentiu. 20. quoniam ea non potest dare titulum verum, ac quo quis iuste teneat beneficium illud cuius non est capax. Immo neque a peccato excusat, si sit ignorantia iuris: qui enim beneficium accipit, tenuerit ea didicisse quae ad suum statum spectant. Vnde sit, vt non nisi culpabiliter ea ignorare valeat. Verumtamen Thomas Sanchez authoribus citatis lib. 7. De matrim. disputatione 42. num. 15. notat hoc tantum haberelocum in omnino incapacibus: quales sunt laicus, & clericus conjugatus: non autem excommunicatus, & irregularis, & alii id genus. Quid videatur secundum in praxi, tradetur in seq. lib. 2. num. 49. 50. 51. & 53.

CAPUT XIII.

Cuius prior pars est de beneficio Ecclesiastico acquirendi intentione debita.

SVMARIVM.

- 180 Intentio recipendi sacerdotium, requisita ad acquirendam beneficium curatum, & percipiendum fructus illius.  
 181 An eosdem fructus perceptos, non habendo tales intentiones, tenetur restituere, & an etiam qui dubius fuit.  
 182 An istem qui beneficium parochiale accepit, cum intentione illud dimittendi si offeratur aliud, aut patrimonium pinguis.